

PROPOSITIONES DE DUCTÆ  
EX LIBRO PRIMO YMPÉRIALIUM INSTI-  
TUTIONUM.

VIRIGNI  
DEIPARÆ  
INPRIMO SUÆ  
NIS INS



MARIÆ  
DICATÆ  
CONCEPTIO.  
TANTI.

DE JUST. ET JURE.

I.  
**Y**llustrissima illa Virtus, Fidæ nostræ Legitima Proles; Spæi Robur, Charitatis pedisæqua; ac denique cæterarum Virtutum clarissimum Jubat; Justitia. Huius fulgentissimi Sideris munus est, suumcuque tribuere in constante, et perpetua Voluntate consistens.

II.  
**J**us à Justitiâ appellatum quatenus Ars èqui, et boni; non verò ut æquum, et bonum est.

III.  
**T**ria sunt Iuris præcepta: Honestè nempè vivere, Alterum non lædere, suum cuique tribuere.

IV.  
**J**ure nostro Civili, nulli Hominum licet in suum Corpus sævire, sibi vulnera inferendo.

DE JURE N.G.C.

I.  
**N**on scripta, sed nata Lex, quam non didicimus, non Legimus, nec accepimus, verū ex natura ipsa arripiimus, ad quam non docti, sed facti non instituti, sed imbuti sumus, Jus naturale appellamus. Huic ergò immutabilitas tribuitur tamquam proprietas in quarto modo.

II.  
**B**ruto, ut Bruto nec materialiter adhuc competit, Jus naturale; relatè verò ad Hominem Gratis concedam.

III.  
**D**ivisionem Juris Gentium, in primævum, et secundævum tamquam invilem contemnimus.

IV.  
**L**ex est: Commune præceptum in bonum publicum ab habente potestatem constitutum.

V.  
**A**d Legis valorem non Acceptatio Subditorum æstimatur. De Promulgatione cæterisque requisitis in Palestra.

VI.  
**Q**ui ab huius Legis observantia eximitur tamquam Privilegiatus, vti non potest suo Privilegio contra æque Privilegium si paria sint Privilegia.

QUAS PUBLICO EXHIBEBAT CONFLICTU D. DAMIANUS DE CUENCA, PRÆSIDE  
D. NEMESIO LOPEZ BUENO J. C. B. et Orcelitanæ Universitatis Academico. Locus Deputatus,  
ejusdem Universitatis Theatrum. Die 22. Mensis Novembris Anni M.DCC.LXXIV.

CUM FACULTATE SANCTÆ INQUISITIONIS.  
Orto: EX Offic. Vincen. Alagarda. Dr. D. Jpb Mirambell. Recr. Vs. Balaguer Cens. Reg.

R. 20.742

James Ramon



This image shows a long, thin, and narrow object, likely a dried plant or a piece of wood. It has a light brown color with some darker, mottled spots and a slightly irregular texture. The object is oriented horizontally across the frame.